Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Lat.-dt. Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. IV, 20
Signatur:	Cent. IV, 20

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

fulgebimus sicut sol in regno patris eius. et
bona eterne vite reposita nobis ma-
nifestabit augusto iudice accipiemus in stirpe
David autem. Quinta die. feria secunda.
rex genuit salomonem. Salomon
pacificus interpretatur. Xpistus enim pax
nostra ut dicit apostolus: qui fecit utraque
unum. id est ex iudeis et gentibus unam
sibi ecclesiam: qui precioso sanguine suo
redemit. et reconciliavit deo patri suo.
Nos ergo cum apostolo quantum ex nobis est
cum omnibus hominibus pacem habentes. et
in certamine interiori bello spiritualibus vic-
tores existentes. et utrosque homines sa-
lubriter interiorem et exteriorem in unum celeste
desiderium conciliantes: pacem habeamus
ad deum et ad proximum. Et non solum nos
cum omnibus existamus pacifici: sed et
discordantes scilicet fratres ad concordiam
revocemus. Beati inquit dominus pacifici:
quoniam filii dei vocabuntur. Sca. l. iii.
Salomon autem genuit roboam. Ro-
boam latitudo populi interpretatur. Xpistus
enim latitudo fidelis populi recte intel-
ligitur. Multi inquit ab oriente et occidente
venient et recumbent cum abraham ysaac
et iacob in regno celorum. id est ex omnibus
partibus mundi vocabuntur ad regnum celorum
fideles. Nos ergo latum mandatum caritatis
implentes. sine ulla personarum accep-
tione omnibus caritate in pectore dilata-
temus: ut eternis gaudiis perfrui in
celis. Roboam autem genuit abyam.
Abya pater dominus interpretatur. Xpistus enim
pater noster est qui dixit. nolite vobis
vocare patrem super terram: unus est enim
pater vester qui in celis est. Nos ergo dignis
conversemur operibus. ut patrem habeamus
deum et fratres simus in domino: ut veraciter dicere
possimus. Pater noster qui es in celis:
ut negant hereses quidem eum deum
aut confitentes ante xpistum. Sca. l. iiii.
Abya autem genuit asa. Asa tollens
interpretatur. Xpistus tollens: de quo iohannes
dixit. Ecce agnus dei. ecce qui tollit
peccata mundi. Nos ergo tollamus mentes
nostras de presentibus ad futura: ut debea-
mus ad celestia sublevari. Asa autem
genuit iosaphat: qui interpretatur iudi-
cans. In iosaphat xpistus iudicans desi-
gnatur qui dicit. pater non iudicat quemquam:
sed omne iudicium dedit filio. Nos ergo
recte iudicemus terram nostram que subdita

examinantes peccatorum cogitationes illud
quod ipse dominus ait. nolite iudicare et
non iudicemini. et in quo iudicio iudica-
veritis iudicabimini. Iosaphat autem
genuit ioram. Ioram excelsus in-
terpretatur. In ioram recte xpistus intelligitur
qui ait. Nemo ascendit in celum ni-
si filius hominis qui est in celo. Nos ergo ut
a morte peccatorum populi iustitie ex-
surgamus cum xpisto. que sursum
sunt. id est celestia non terrena. ut ex-
celsi in domino sublimes. nostras quoque
habeamus in celis. Exultatione ... l. i. — Exultatio ... l. v.
Ioram autem genuit oziam. Ozias
autem interpretatur robustus domini: quod xpisto
convenit. Qui in nocte virtutis sue quadri-
duanum lazarum. demonibus et
mortuum resuscitavit. Nos ergo secundum
apostolum confortemur in domino et in potencia
virtutis eius: ut domino nostro ihesu xpisto coope-
rante et pro nobis pugnante conterat
sathanas sub pedibus nostris velociter.
Ozias genuit ioathan. l. vi.
qui interpretatur perfectus. Quod bene xpisto
convenit: qui baptizatori suo iohanni
renuenti dicebat. Sine modo. sic enim
decet nos adimplere omnem iustitiam.
Matthei autem. Non enim veni solvere legem
sed adimplere. Qui eciam nos predica-
vit discipulos suos perfectos esse in operatio-
ne precepit dicens. Estote autem perfecti
sicut et pater vester celestis perfectus
est. Nos ergo perfecta opera facientes. perfecti
existamus. et integri. nullatenus
malignis temptationibus consensum ad-
hibeamus. l. vii. Ioathan autem
genuit achaz: qui apprehendens dicitur.
Hoc xpistus intelligitur: qui celum palmo
suo ponderat. et terram pugillo con-
cludit: ut ipse ait. Omnia mihi tra-
dita sunt a patre meo. Nos ergo apprehen-
damus et credamus xpistum in cordibus
nostris. posteriora obliviscentes. ad futura
nos semper extendamus: ut possimus
apprehendere vitam ... nativitatis — Octa nativitatis Marie l. i.
Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias l. i.
qui fortis domini vel confortans
dominus interpretatur. Hoc est xpistus. de quo
paulus apostolus ait. Nos autem predicamus
xpistum dei virtutem et dei sapientiam. Et ipse
discipulos suos confortans dicebat.
Confidite ego vici mundum. Nos ergo